

liberis gaudientibus et desiderantibus letitiam quaeque  
et confortum. (2) et servientibus nos tunc non solum locum  
memoriorum. (3) impinguemus dignissimum parvum  
liberis gaudientibus et desiderantibus letitiam quaeque  
et confortum. (4) et servientibus nos tunc non solum locum  
memoriorum. (5) impinguemus dignissimum parvum  
liberis gaudientibus et desiderantibus letitiam quaeque  
et confortum.

*AD*  
**AUDIENDOS**  
**DISCIPULOS NOSTROS,**  
 CRASTINO DIE,  
 IN  
 AUDITORIO MAJORI,  
 PRO ACCEPTIS BENEFICIIS GRATIAS

**ACTUROS VALEDICTUROSQUE,**  
 Venerabiles Dnn. Inspectores, Patronos, Fautores  
 & reliquos rei Scholasticæ Amicos,

PRAESENTIBUS LITERIS  
 OFFICIOSE ATQUE AMANTER

INVITAT

M. GEORGIUS ANDREAS Vinholt Rector.

C Y G N E A,  
 Literis Viduae BüSCHELIANAE.





Erminorum apud veteres summa religio, summa custodia erat. Græciae populi plerique in regionum suarum confiniis Jovi Terminatori, qui illis ζυς ὁ πύρος five οὐρανοῦ dicitur, aras ac templo consecraverunt. (a) Sic relatum legimus, Crotoniatas, Sybaritas, Cauloniatasque seditione aliquantis per inter se dissociatos Jovi Conterminino (Homorio) ædem posuisse, idque exemplo Achæorum: ut haberent locum aliquem, quo ad agendos convenitus & communia concilia se conferrent. (b) Principue notatu dignum videtur, quod aram in Chersonesi finibus statuerint Athenienses, epigrammate scripto, in quo erat haec sententia:

Tὸν δὲ καθιδρύσαντο Θεῷ περικαλλέα θωμάτῳ  
Λευκῆς καὶ πλειάς μέστον ἔρον θέμενοι.

Ἐνάντια χώρης σπηλίον. αἰμορίν δὲ  
Ἀντός ἀνάξ υπάρχων εἴτις μέστος κρονίδης, i.e.

Limes ut in medio Leucæ Preleique notetur,

Hæc est excellens ara sacra Jovi.

Ne populos turbet contentio, Jupiter ipse,

Rex superum, medios limite signat agros. (c) Et ad eundem

Terminaliæ Jovem provocat Plato, cum in tranquillitate reipublicæ stabilienda totus est, neque aliud expeditius inventit confilium, quam ne quis limitem semel positum movere audeat: Jovis Terminalis, inquit, prima hæc lex fanciatur: nemo limites terminosse agri moveto cuiusvis domini, five civis, five peregrini finitimi; ratus, nefas esse hæc movere, cum idem foret, ac immobilia movere, [τάκτοντα κατα] malitique quilibet saxum ingens devolvere se de sua, quam parvum lapidem jure jurando à Diis firmatum, quoque anicitia & iniunctio interposita Deorum autoritate terminantur. (d) Romani non solum arvales fratres seu sodales esse voleant, quibus incumbebat sacra facere, ut copiosas arva fruges ferrent, idque datum erat muneris, ut de mortis forsan terminis judicarent: (e) sed & externum hominem, nisi custode dato & actionum arbitrio, admittiebant aut excipiebant neminem. Quo de rigore acrius est querela Germanorum ad Ubios: ad hanc diem fluminis ac terras & quodammodo celum ipsum clauserunt Romani, ut colloquia congressusque nostros arcerent, vel quod contumeliosus est, viris ad arma natim inertes ac prope nudū sub clypeo & pretio corremus. (f) Soli videlicet Germanorum Hermunduri in splendidissima Rhetiæ provinciæ colonia passim fine custode transabant. Cumque cæteris gentibus arma modo castraque sua Romuli nepotes ostenderent, illis etiam non concupiscentibus domos villasque patefecerunt. (g) Imo & ipsi Termino Deo omni cærenonia dicatum aram iverunt. Cum enim Tarquinius Priscus Jovi, Junoni & Minerva templum veller ædificare, quod prælio cum Sabinis committendo voverat: vates responderunt, id in tumulo, qui olim Tarpejus, postea Capitolinus nuncupatus est, eo loco, ubi forum imminebat, extrui oportere. Sed quærentibus rursus partem tumuli; nam Deorum geniorumque aræ eo loci collocatae transferri alio debebant: reliqui quidem Dii geniique non obstatuerunt: cæterum Terminus & Juventas summo renisu oblongati sunt, neque ullis augurum precibus & supplicationibus flecti potuerunt, ut suis cedent locis. Placuit contumacia Numinum vatibus, singula in favorem populi Romæ adolescentis magnitudinem interpretantibus. Ita namque terminos Romani imperii nullo modo dimovendos æternosque; populi autem vi-gorem perpetuo florentem futurum. (h) Quo factum est, ut nominatorum Deorum aræ communis templi ambitu continerentur, ita quidem, ut quoniam augurio Navi non addixissent, neque cessisset Jovi, foramine in tecto templi reliquo, libero cœlo fruerentur. (i) Cujus rei testis instar omnium fuerit Naso his usus verbis:

Nunc

(a) Pollux l. 9. c. 1. onomast. (b) Polyb. l. 2. c. 39. Hisp: (c) Autor orationis de Halone, (d) De lege l. 8. p. 842. (e) Hildebr. antiqu. (f) Tac. Hisp. l. 4. (g) Tac. d. mor. Germ. (h) Flor. l. 1. c. 7. (i) Dion. Halicarn. l. 3. p. 202.

Nunc quoque se supra ne quid nisi fidera cernat,

Exiguum templi tecta foramen habent. (k) Habeatur vero ædicula Termini in vestibulo Minervæ, non qua cellæ Jovis in umbilico templi se conjugebat, sed qua ad tecti vergebat declivitatem. (l) Quod interpres Virgilianus manifeste probat, in Capitolio pronam partem tecti patuisse afferens, que lapidem ipsum Terminus spectaret. (m) Vel ut Verius Grammaticus apud Festum Pompejum existimat: Terminus quo loco coleretur, super eum patuisse in tecto foramen, quia putarent nefas esse, Terminus intra tectum consistere. Inter Reges Romanos primus, quod constat, Numa celebrari Terminum maxime præcepit, sacris ubique illi Deo institutis, in quo loco metatorius defixus lapis esset, & quidem annis singulis eo die, quem a Dei nomine Terminalia appellabant, videlicet 9. Kal. April. quo præterlapso intercalatio peragi solebat. Quanquam Varro non ad Deum finium præsidem, sed ad extream partem anni videtur respicere, quando vocis originem pervestigans: Terminalia, inquit, quod si dies anni extremus confinuuia. Duodecimua enim mensis fuit Februaria: & cum intercalatur, inferiores quinque dies mensis duodecimo [ante Julianum Dictatorem] demuntur. (n) Idem ille religiosus Princeps, Numam intelligo, omnem sanguinem exclusit à sacris Terminalibus, veritque eo tempore cedi maestriaque pecudes, propterea quod Cereris tantum munera & frugum quasdam primitias isti sacro abfolvendo satis esse arbitrabatur. Causam inquirit Plutarchus noster, antiquitatis solertissimus indagator, & conjicit, non ideo tunc nullum animal immolatum esse, quod Romulus agri terminos posuerit, putaveritque omnem ditionem, quam hasta assequi possit, ad se pertinere: quo nihil ferocius, nihil injustius & humano generi nocentius foret: sed ideo parcitum sanguini, quia Numa, cum agrum distinxisset limitibus Terminumque nuncupasset Inspectorem atque custodem amicitiae & pacis, rem ad tranquillitatem & quietem utilissimam nulla cæde inquinari debere existimavit. (o) Quæ tamen cultus ratio posteris temporibus expiravit: siquidem & fibras pecoris ad sextum ab urbe lapidem in via Latina, & pulmones gallinarum oblatos fuisse legimus. De priore ita Ovidius:

Spargitur & cæso communis Terminus agno:

Nec queritur, lactans cum sibi porca datur. (p) De posteriore

Prudentius:

Lapis illuc si stetit antiquus, quem sistere sueverat error

Fasciolis vel gallinæ pulmone rogare,

Frangitur & nullis violatur Terminus extis. (q) Utque major veneratio sacris hisce accederet, finxere homines asturi, se pro Termino Deo lapidem colere eum, quem Saturnus devorasset ad similitudinem infantis fascis involutum. De quo Lachantius: quid qui lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen est Terminus? hic est, quem pro Jove Saturnus dicitur devorasse. (r) Quæ fabula usque eo Romanis arrisit, ut statua Terminalis in Augusti nummis efformata conspiciantur in modum Baetyli; capite quippe & pedibus tantum prominentibus: cæteris vero humani corporis partibus in speciem pyramidis inversæ confusis, ut sive fasciis, sive, ut fabulatoribus placet, caprina pelle obvolutas facile cognoscas. (s) Erat autem Baetus [Baetvs] saxum a Curetibus Saturno, nato Jove filio, oblatum, quod postea a Jove ad rei gestæ memoriam in monte Parnasso collocatum volunt. (t) Quid significaverint istoc integumento, sagacioribus indagatu non erit difficile, perpendentibus, regnante Saturno tempora omnium optima, si fides antiquitati est habenda; omnium maxime pacata ivisse, in quibus nullus lapis sacer in campo arbiter agros diviserit. (u) Hoc mirum nemini non videatur, quomodo acciderit, ut Terminus migraverit ad Romanos, quem tamen sibi Delphos vindicasse etiam sub M. Antonino Philosopho non dubium est. Pausanias enim, qui illorum temporum fuit, autoritate niti possumus, quem ipsum libentius

(k) Faſt. l. 2. (l) Rycquiūs d. Capit. c. 14. (m) l. g. En. (n) d. LL. l. 5. (o) in Quæf. Rom. 15. (p) Faſt. 2. (q) Adversus Symmachum. (r) l. 20. (s) Onomaſt. p. ap. Gote. num. Aug. (t) Rycquiūs. l. c. (u) Senec. in Hippol.

vol 18

libentius loquentem audiemus: ἐπαναβάσιν δὲ τοῖς μηναῖς Θεοπόλεως τῷ Αχιλλέω,  
τίθεται εἰναὶ μήρας, τίταν καὶ θάλασσαν σύμμετρα κατατίθεται, καὶ κατὰ οὐρανὸν ἐκάστηνται θάλασσας  
τὰ πάγα. Εἰ δὲ καὶ δόξα εἰς αὐτὸν δοθέντας Κέρων τὸν λίθον αὐτὸν τὸ παῦδος, καὶ αὐτὸς πεσεῖται  
εἰς τὸν Κέρων, i. e. cum à monumento Neoptolemi Achillis filii ascendere  
rursum inceperis, lapidem videoas modice magnum: hunc singulis diebus &  
maxime festis oleo perfundunt succidaque lana velant. Percrebuit autem  
de eo opinio, eundem lapidem esse, quem pro puerō exhibuit Saturnus  
devoraverit iterumque per vomitum ejecerit. (w) Nihilo secius & in numero  
Golzii fulmen Jovis insigne pedibus Terminii subiectum, & Tritiani Patinique  
nummis Terminus prora navis impositus exhibetur. Quo nihil aliud  
ostenditur, quam peregrinitas Dei adventus, sicut Ovidius exponit:

At bona posteritas puppim formavit in ære,

Hospitis adventum testificata Dei. (x) Ut manifestum fit, Romanum in conquirendis Diis admodum avaram extitisse. Ex Siculo Flacco Terminii ponendi ritum adjiciam: Cum terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant proxime ea loca, quibus fossi facti defixi erant, unguento velaminebique & corona eos coronabant: in fossis autem, quibus positi eos erant, sacrificio facto ho-  
stiaque immaculata cesa, facibus ardentiibus, in fossa cooperiti sanguinem instillabant, eoque thura & fruges jactabant; favos quoque & vinum, aliaque quibus conseruando est terminus sacrum fieri, in fossa adjiciebant, consumtisque omnibus dapiibus igne, super calentes reliquias collocabant, atque ita diligenter cura confirmabant, adhuc etiam quibusdam saxonum fragminibus circumcalabant, quo firmius starent. Tali ergo sacrificium domini, inter quos fines dirimebantur, faciebant. Magna quoque limitum veneratio fuit cum apud alios Europæ populos, tum apud Germanos. Quemadmodum splendida paulo ante eheu! Augusta Vindelicorum monumentum ejusmodi ostendit à prima colonia constitutio agro-  
rumque divisione usque superestes. Saxum illud est quinque circiter pedes altum, quod terra effossum ad S. Udalrici spectatur. Effigiem omnium edax vetustas consumit. Conus scapo innexus figuram fibroili seu fructum arboris piniferæ exprimit. Infra coni scapum columnæ capitulum sine dubio deprehenditur. Ex silicium quidem genere materia est, at formam vel Corintho-  
debet, vel Italica. Ipsaque forma spectatores monet, ut sub dio statutum fuisse credant. Effinxerant autem antiqui varias limitum figuras. Modo enim conos, modo ararum species; in quibus conditoris nomen coloniaeque fines inscribebantur; modo cipporum aut columnarum formas, quibus vel statuae, vel alia quedam imposita, modo ut pyramides, caput aquilæ, vituli, aut aliorum animalium unges & ungulas, tropaeæ item militaria, copiae cornua, fulmina, equos alatos, aquilas, gryphes, ora monstrorum, Deorumque capita, tum & olivam & coroneum referebant. Si enim reliquæ figuræ non placabant, fructus exculpebant eos, quorum in illa provincia felix ubertas habebatur. Erat etiam, ubi in certis provinciis Terminii latus ortum versus sole radiatum, ad occasum lunam comatam sculperent. (y) Sed ut ad metanobis præfixam transeamus, duo nostrorum haftenus discipulorum, nempe

I. JOHANNES GEORGIUS Born / Meeranensis, &

II. SIGISMUNDUS SCHMIDERUS, Langen-Rendsdorffensis in Academiam bono cum Deo abituri, ille de terminis discrepantes Nolanos & Neapolitanos ad l. 1. off. Cic, hic Carthaginenses & Cyrenenses ad l. 5. Val. Max, explicant, quantumque in nostram ætatem cadit, de factis singulorum judicabunt, atque ea ad vitam & bonos mores pro materia conditione applicabunt, simulque bonum vale dicent Patronis & beneficentibus.

Hos amico voto prosequetur

JOHANNES THOMAS HILDEBRANDUS, Stennenfis. Deus  
abiturientes sua gratia illuminare & ad fortunam optatam perducere pro sua  
clementia porrō velit! P. P. Cygneæd. XVI. April. 1704.

[w] In Phocis, [x] Eafit. I. [y] Vel seruare. August. Vindel. l. 4. p. 247.



MC

# Sacra Tezmine

FK.134  
88

H h  
856

4

AUDIENDOS  
**DISCIPULOS NOSTROS.**  
CRASTINO DIE.

## CRASTINO DIE,

IN

*AUDITORIO MAJORI,  
PRO ACCEPTIS BENEFICIIS GRATIAS*

**ACTUROS VALEDICTUROSQUE,**  
Venerabiles Dnn. Inspectores, Patronos, Fautores  
& reliquos rei Scholaſticæ Amicos,

PRAESENTIBUS LITERIS  
OFFICIOSE ATQUE AMANTER

*INVITAT*

M. GEORGIUS ANDREAS Binhofd/ Rector.

## C Y C L E A

LITERIS VIDUÆ BÜSCHELIANÆ

